



# Boletín Oficial

DEL  
Obispado de Osma

Año LVIII. 2 DE JUNIO DE 1917. Núm. 10.

---

SUMARIO: Edicto de oposición al Beneficio de Contralto de la S. I. Catedral de Osma.—Motu Proprio acerca de reformas en las Sagradas Congregaciones Romanas.—S. C. del Santo Oficio: La Extremaunción en caso de necesidad; Indulgencia *toties quoties* el Día de Difuntos.—S. C. de Ritos: La fiesta de la Conmemoración de los difuntos; dudas acerca de las misas de dicho día y sobre la ocurrencia y traslación de algunas fiestas. Decreto acerca de las rúbricas del Breviario—Conferencias eclesiásticas: Cuestionarios para el mes de julio.—Homenaje Nacional al Sagrado Corazón de Jesús.

---

## EDICTO

Nós el Dr. D. Manuel Lago y González,

POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA OBISPO DE OSMA, ACADÉMICO CORRESPONDIENTE DE LA REAL DE LA HISTORIA, SEÑOR DE LAS VILLAS DEL BURGO, UCERO Y LAS DOS QUINTANAS RUBIAS, ETC.

y el Deán y Cabildo de la Santa Iglesia Catedral de Osma,

HACEMOS SABER: Que, por promoción de D. Darío García Reol, al Beneficio de Tenor primero de la Metropolitana de Burgos, se halla vacante en nuestra Santa Iglesia Catedral el Beneficio de Contralto, cuya provisión corresponde a Su Majestad el Rey (q. D. g.) mediante la oposición que previene la R. O. concordada de 16 de mayo de 1852.

Por tanto, llamamos por este segundo Edicto a los

que, no habiendo cumplido aún treinta y cinco años de edad, deseen optar al Beneficio vacante, ya sean Presbíteros ya seglares en condiciones de recibir la ordenación sacerdotal dentro de un año *a die adeptae possessionis*, para que, en el plazo de *treinta días*, prorrogable a nuestra voluntad, envíen a nuestra Secretaría Capitular las solicitudes con las certificaciones de bautismo y las testimoniales, o, no siendo clérigos, con los certificados de bautismo y de buena vida y costumbres.

Las oposiciones, que empezarán el día 3 de julio próximo, comprenderán los ejercicios siguientes:

1.º Cantar: *a)* La escala diatónica ascendente y descendente con voz clara, potente y sonora, conservando el mismo timbre en toda su extensión, que será de *Mi graye* a *Do agudo*. *b)* Una obra religiosa vocal de libre elección, que traerá duplicada el opositor *c)* Otra obra que se le presentará en el acto, con el tiempo de preparación que el tribunal señale, juntamente con la Capilla.

2.º Cantar: *a)* La parte correspondiente de una obra de canto polifónico, con diez minutos de preparación, juntamente con la Capilla. *b)* Una melodía gregoriana, que se le presentará en el acto, con el tiempo de preparación que el tribunal señale.

Las obligaciones del elegido serán, además de las comunes a todos los beneficiados, cantar en todas las funciones que el Cabildo celebre dentro o fuera de la Santa Iglesia Catedral, y desempeñar en el canto de la Pasión de Semana Santa la parte que se le encargare.

Censurados los ejercicios, el Prelado elevará la propuesta a Su Majestad el Rey, rogándole que se digne elegir y nombrar al nuevo Beneficiado.

En testimonio de lo cual, firmamos y expedimos este Edicto, autorizado con nuestros sellos mayores y refrendado por el infrascripto Secretario Capitu-

lar, a dos de junio de mil novecientos diez y siete.  
† MANUEL. *Obispo de Osma.*—DR. JUAN GÓMEZ DEL-GADO, *Deán.*—Por acuerdo de S. S. I. y Rvdma. el Obispo y del Ilmo. Cabildo, *Lic. José A. Castro Valcarce,* Secretario Capitular.

---

## MOTU PROPRIO

DE ATRIBUENDA SANCTO OFFICIO CENSURA LIBRORUM  
ET POENITENTIARIAE APOSTOLICAE CONCESSIONE INDULGENTIARUM  
BENEDICTUS PP. XV

Alloquentes proxime in Consistorio Sacrum Cardinalium Collegium, ediximus consilium esse, ut ordinationem Romanae Curiae, praeclarum opus Decessoris Nostri fel. rec. Pii X, perficeremus in ea quoque parte, cui is ob quaedam rerum adiuncta supersedisset, id est Ss. Congregationes coniungendo Indicis et Sancti Officii. Inspecta enim natura utriusque Congregationis, quum censura librorum, quod esset munus unius, contineretur munere *tutandi doctrinam fidei et morum*, quod esset alterius, ex eis Congregationibus unum fieri omnino apparebat oportere, vel ad praecavendas de competentia controversias quae facile inter eas orirentur. Nunc igitur id exsequentes consilium, Motu Proprio haec constituimus et sancimus.

- I. S. Congregatio Indicis iam nunc non erit.
- II. Quod fuit usque adhuc proprium munus S. Congregationis Indicis, erit posthac Sancti Officii de libris ceterisque scriptis censuram facere.
- III. Ad ministeria quae sunt apud S. Officium, accedat peculiaris Sectio de Indice; eique addicantur Officiales qui exstintae Congregationi ministrabat.— Rationem autem eius Sectionis ordinandae S. Congregatio Sancti Officii definiet, Nobisque probandam proponet.

IV. Ne autem Sancti Officii negotiorum moles nimis hac accessione crescat, quidquid ad Indulgentias pertinet, omne iam esto Poenitentiariae Apostolicae: quae quidem pro suo instituto iudicabit de omnibus quae spectant ad *usum et concessiones Indulgentiarum.* *salvo iure S. Officii videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa novas orationes et devotiones respiciunt,*

V. Sectio de Indulgentiis, quae est apud S. Officium, cum suis officialibus, ad Poenitentiariam Apostolicam transferatur: quam ipsam Sectionem Cardinalis Poenitentiarius Maior, Nobis consultis, ordinandancurabit.

Haec statuimus et praecipimus, contrariis quibuslibet, stiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv martii MCMXVII, in festo Incarnationis Dominicae, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV.

---

## SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

---

### I

#### DE SACRAMENTO EXTREMAE UNCTIONIS IN CASU NECESSITATIS CONLATO.

In plenario conventu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito feria iv, die 31 ianuarii 1917. proposito dubio: «An administrato Sacramento Extremae Unctionis, in casu necessitatis unica Unctione in fronte adhibita: per verba: *Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen.*», cessante periculo, singulae Unctiones, ad tenorem Decreti diei 31 ianuarii 1907 supplendae, sub conditione adhibenda sint vel non? Emi. ac Rmi. Dni. Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Gene-

rales, omnibus mature perpensis, praehabitoque RR.  
DD. Consultorum voto respondendum decreverunt:

*Negative ad 1<sup>am</sup> partem: Affirmative ad 2<sup>am</sup>.*

Et sequenti feria v, die 1 februarii eiusdem anni,  
SSmus D. N. D. Benedictus divina providentia Pp. XV.  
in solita audientia R. P. D. Adssessori eiusdem Supre-  
mae Sacrae Congregationis impertite, Emorum Pa-  
trum resolutionem adprobavit et confirmavit. Contra-  
riis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ, ex Aedibus S. Officii, die 9 mar-  
tii 1917.

ALOISIUS CASTELLANO, S. R. et U. I. Notarius.

## II

(Sectio de Indulgentiis.)

### DECRETUM

#### CIRCA INDULGENTIAM «TOTIES QUOTIES» IN COMMEMORA- TIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Huic Supremae Congregationi S. R. et U. Inquisi-  
tionis, ex parte R. P. D. Ioannis Bapt. Fallize, Episcopi  
tit. Elusan., Vicarii Apostolici Norvegiae, dubium  
exhibitum fuit: «Utrum decretum Supremae S. C. S.  
»Officii, d. d. 25 iulii 1914, respiciens Indulgentiam  
»plenariam *toties quoties*, lucrardam quotannis die 2  
»novembris, in favorem animarum in Purgatorio  
»degentium, ita intelligi debeat, ut eadem Indulgentia  
»sit perenniter affixa enunciato diei, an vero Comme-  
»morationi omnium fidelium defunctorum, quae iuxta  
»Rubricas contingat etiam alia die celebrari?»

Eminentissimi Domini Cardinales Inquisitores Ge-  
nerales, in consuetis comitiis, habitis feria IV, die 13  
decembris anno 1916, responderunt: ·*Negative ad pri-  
mam partem; affirmative ad secundam.*·

Quam resolutionem SSmus D. N. D. Benedictus  
divina providentia Pp. XV, in audientia Rmo. P.

Commissario Generali S. O. impertita feria V, die 14, iisdem mense et anno, benigne approbavit ac publici iuris fieri mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. ✠ S.

Fr. Dominicus Pasqualigo, O. P., *Commiss. Gen. S. O.*

---

## SACRA CONGREGATIO RITUUM

---

### I

#### URBIS ET ORBIS

#### DE COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM

Quo universi Cleri Populique fidelis in Commemoratione omnium fidelium defunctorum par et consors ferveat pietas, atque coniuncta suffragia magis prosint animabus in Christo quiescentibus; itemque sacra Liturgia in Eucharistico sacrificio litando divinoque Officio persolvendo, uniformi ac solemni ritu in universa Ecclesia peragatur, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, suprema auctoritate Sua, statuit ac decretit: «Solemnem Commemorationem omnium fidelium defunctorum, ex Constitutione Apostolica *Incruentum Altaris*, die 10 augusti 1915 edita, ampliori privilegio trium Missarum de Requie auctam, Festis solemnioribus primariis ritus duplicis primae classis et Ecclesiae Universalis amodo esse aequiparandam, adeo ut omnia et singula Festa propria locorum, Ecclesiarum, Ordinum seu Congregationum aliorumque Institutorum particularium excludat, excepta tamen Dominica, quae die secunda novembris occurrat; quo in casu eadem Commemoratio cum suis privilegiis in diem immediate sequentem de more transferatur. Sancivit insuper Sanctitas

›Sua, ut Kalendaria et Propria particularia, nullo excepto, huic Decreto conformari debeant. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

›Die 28 februarii 1917,

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

D U B I A

A Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaracione postulatum est: An ex tribus Missis de Requie in Commemoratione omnium fidelium defunctorum a Constitutione Apostolica diei 10 augusti 1915 permissis: I. Sacerdos unam vel duas tantum Missas celebrare queat, et II. in utroque casu quaenam Missae ex descriptis in decreto Sacrorum Rituum Congregationis *Urbis et Orbis* diei 11 augusti 1915 legenda sint, ac demum III. pro quibus eaedem applicandae?

Et Sacra Rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, ita rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative* ad utrumque.

Ad II. Prima Missa ex supradescriptis semper legenda est; altera erit secunda.

Ad III. In utroque casu una Missa ad intentionem celebrantis, in secundo tamen casu, altera ex duabus Missis pro omnibus fidelibus defunctis applicanda est.

Atque ita rescripsit et declaravit de mandato Sanctissimi, die 28 februarii 1917.

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen., et S. Rufinae,

S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DE OCCURRENTIA ET TRANSLATIONE QUORUNDAM FESTORUM

Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia expendenda et solvenda subiecta sunt; nimirum:

I. Inspectis rubricis Breviarii romanī, nempe tam rubrica generali tit. IV *de Festorum occurrentia accidentali eorumque translatione*, n. 2, quam rubrica speciali *de die Octava Epiphaniae occurrente in Dominica*: atque inde exorto dubio, quaeritur:

Si Festum duplex primae classis, a die 7 ad 12 Ianuarii inclusive occurrens, incidat in Dominicam, quid agendum?

II. Quando dies Octava communis occurrit eadem die cum aliquo Festo Domini ritus duplicitis maioris, fit Officium de die Octava cum commemoratione Festi Domini, quaeritur:

Si memorata dies Octava in Dominicam incidat, Officium eritne de ipsa Dominica cum commemoratione diei Octavae et Festi Domini; aut potius reviviscit ius Festi Domini supra Officium Dominicale?

III. In Dioecesi N., titulus ecclesiae particularis est Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis feria sexta post Dominicam Passionis sub competente ritu duplici primae classis recolendus; et sequenti die aliud Festum duplex I aut II classis occurrit; quaeritur:

Quoties eiusmodi Festum Titulare Deiparae Virginis Perdolentis impediatur, Feria sexta assignata, ab alio Festo nobiliore, et Sabbato sequenti, ab alio Festo classico, quid faciendum?

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, triplici quaestioni ita respondendum censuit:

Ad I. Fiat officium de Festo duplici primae classis cum commemoratione Dominicæ, iuxta praefatam rubricam generalem, tit. IV. n. 2.

Ad II. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Ad III. Festum Titulare Deiparae Perdolentis transferatur, cum ritu Paschali, post Dominicam in Albis in proximiorem diem sequentem quae sit libera, iuxta Rubricas, tit. IV, n. 3.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit.

Die 3 martii 1917.

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae.—  
S. R. C. *Pro-Praefectus*.—Alexander Verde, *Secretarius*.

---

## DECRETUM

### CIRCA RUBRICAS BREVIARII

Per Decretum Sacrae Rituum Congregationis *Urbis et Orbis* diei 28 februarii vertentis anni, de Commemoratione omnium fidelium defunctorum, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, statuit ac sancvit ut eiusmodi Commemoratio excludat omnia et singula Festa propria locorum, ecclesiarum, ordinum seu congregationum, aliorumque institutorum. Hinc Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, cunctisque sedulo perpensis, sequentes variationes, a praefato Decreto deductas, in Rubricis Breviarii editionibus inseri atque ab omnibus servari mandavit.

*In Rubricis Breviarii ad normam bullae «Divino afflatu».*

### I

#### Tit. IV, num. 6

Commemoratio omnium fidelium defunctorum excludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda cuiusvis ritus. Si tamen dies 2 novembris in Dominicam inciderit, Officium fit de Dominica cum Comme-

moratione Octavae omnium Sanctorum; et commemo-  
ratio omnium fidelium defunctorum, iisdem cum  
iuribus, in diem 3, tamquam in sedem propriam, trans-  
fertur.

II

Tit. V, num. 4

Commemoratio omnium fidelium defunctorum ex-  
cludit tum Festa occurrentia, tum Festa transferenda  
cuiusvis ritus.

III

Notanda in praecedentibus tabellis  
Numerus 16 expungatur.

IV

Rubrica particularis in Proprio Sanctorum, die 2  
novembris

Commemoratio omnium fidelium defunctorum ex-  
cludit tum Festa occurrentia tum Festa transferenda  
cuiusvis ritus. Si tamen inciderit in Dominicam, iisdem  
cum iuribus, in sequenti Feria secunda celebra-  
tur, translato, vel penitus omisso, iuxta Rubricas, quo-  
libet alio Festo.

Insuper ipsa Sacra Congregatio iisdem futuris  
Breviarii Romani editionibus sequentes etiam varia-  
tiones adjicendas praescripsit.

V

Die 22 septembris ad Lectionem VI Officii S. Tho-  
mae de Villanova Ep. et Conf. omittantur postrema  
verba: atque eius memoriam quartodecimo kalendas  
octobris celebrari mandavit.

Die 1 iulii, in Festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C., rubrica specialis in fine Officij *Sicubi*, etc, ita exprimitur: «Sicubi tamen hoc Festum habeat II Vesperas integras, omnia dicuntur ut in I Vesperis, sed, loco ultimi Psalmi, dicatur Ps. 147 *Lauda, Jerusalem, Dominum*, necnon Versus et Antiphona ad Magnificat ut infra».

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 martii 1917.

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae. *S. R. C. Pro-Praefectus*.—Alexander Verde, *Secretarius*.

---

## COLLATIONES ECCLESIASTICAE

---

1917

IN COLLATIONE VII DIE 5 MENSIS JULII

Omnia sua peccata in confessionali pandit Indaletius, de proposito nihil curans, imo illud plane abjiciens, ob relapsus timorem, teste experientia. Quamobrem Rudesindus confessarius utpote indispositum poenitentem dimittit. Post semestre accedit Indaletius ad alium confessarium, de explicito proposito incurius, et quaedam peccata declarat ut olim commissa, sed modo patrata, alia vero indubie commissa omittit confiteri, probabilit er ratus ea in praecedenti confessione declarasse.

Quaeritur: Quid et quotplex propositum; ejus necessitas.—Quotplex confessionis integritas; qualis necessaria. Utrum necessario accusanda sint peccata gravia certo commissa, de quorum confessione dubitatur.—Quid de Indaletio arbitrandum.

*Quaestio liturgica.*

Cujus materiae esse debeant ampullae vini et aquae ad Missae sacrificium.—Utrum ampullae auri, argenti vel metalli praeferri debeant crystalli confectae.

IN COLLATIONE VIII DIE 17 MENSIS JULII

In Eugenii pharmacopole officina quotidie conveniebant Anselmus oppidi medicus, Dionysius parochus, atque Angelus judex. Pedetentim medicus amorem Margaritae, pharmacopole uxoris, blanditiis excitavit, quibus quondam, Eugenio absente, Margarita cessit, copiam sui corporis faciens. Quindenna haud elapsa, ad preces mariti, occasione anniversarii obitus hujus matris, Margarita, etsi angore plena, proprio parocho peccata declarat, celans adulterium, sua famae servandae causa. Post Margarita in urbem profecta, peccatum suum pandidit cuidam confessario, quem ignotum supponebat, ipse autem et mulierem agnoscebat, et conventum in officinam quotidie consuetum, eo quod esset patruelis Eugenii. Confessarius rei veritatem suspicatus, nomen complicis a muliere extorquere conatur, haec autem negans nomen complicis, respondet.

Quaeritur: Quaenam sint dotes confessionis.—Quales causae ab integritate confessionis excusent.—An legitima causa sit timor amittendi famam.—An omne mendacium sit grave in confessione.—Quid quoad inquisitionem nomen complicis.—Quid sentiendum de agendi ratione Margaritae, deque confesarii.

*Quaestio liturgica.*

Quot orationes in Missa dicendae.—Quando permititur oratio imperata.—An permittatur si plus quam tres orationes sint ex rubrica praescriptae.—Quid de oratione *Et famulos tuos*, etc.

## Homenaje Nacional al Sagrado Corazón de Jesús.

	<u>Pesetas.</u>
<i>Suma anterior.....</i>	443 67
Párroco de Alcoba de la Torre y familia.....	1 >
D. Francisco Morales, Párroco de Lodares .....	1 >
» Juan Lópe, id. de Valdenarros.....	1 >
» Pablo López, id. de Nafria la Llana.....	1 >
Sr. Cura Párroco y feligreses de Villabuena.....	6 >
» » » » de La Gallega.....	1 >
D. Valeriano Sanz, Párroco de Casanova.....	1 >
» Francisco Madrid, id. de Peñalba de Castro.....	1 >
» Santiago Carazo, id de Regumiel.....	1 >
» N. N. de id.....	1 >
D. <sup>a</sup> Beatriz Garcés, de Chércoles.....	1 >
D. Manuel Escribano, Párroco de Villa buena.....	1 >
» Nicanor Sancho, id. de Fuentepinilla.....	1 >
» Julián Gil, id. de Castrillo de la Reina.....	1 >
» Julián González, de Torregalindo .....	1 >

A 0'50 cada uno de los siguientes: Sr. Cura Párroco de Torralba; don Ildefonso de Pablo, Párroco de Derroñadas; del mismo pueblo, don Hilario de Pablo, doña María Sánchez, doña Eulalia Alvarez, doña Agueda Pérez, don Julián Brieva; don Juan Duffos, doña Dolores Durán, don Ricardo Durán y doña Antonia Samuedra; don Joaquín Verde, Párroco de Carrascosa de la Sierra; una devota, de id.; señorita Adelaida Rejas Lucas, de Brazacorta; de San Esteban, don Enrique Cerrada, doña Consuelo Casas, doña María González, don Roinaldo Abad, doña Paz Abad, doña Petra Abad, don Alberto Ortega, dcña Carmen Arranz y doña Francisca Abad; de Pinilla del Campo don Domingo Millán Romero; don Protasio Félix Rubio, Presbítero difunto; don Andrés Domínguez, don Narciso Salas, de Castrillo de la Reina; don Buenaventura Romero, Párroco de Torregalindo; doña Fernanda González, de id; don Feliciano P. Sanz, de Covaleda; don Ramón Peña, Párroco de Moncalvillo; don Andrés Medrano, de Regumiel; don Agapito Narro, Párroco de Chércoles; don Elías Nuño, Sacristán Mayor de la S. I. Catedral de Osma; 0'40: doña Eleuteria Romero, de Covaleda; a 0'35: doña María Ariza Ramos; a 0'25: don Elías Nuño Martínez, de Burgoo de Osma; don Luci Nu-

ño (difunto); de Chércoles, don Julio Esteban, doña Emilia Ariza, don Modesto Garcés, doña Luisa Bordegé, doña Obdulia Ariza, doña Simona Bordegé, doña Jesusa Narros y doña Aquilina Narros; don Narciso Martín de Valmaseda (difunto); doña Dionisia Carrasco Alvarez, (difunta); de Castrillo de la Vega, don Baldomero Martín de Valmaseda, doña Paula Martín de Valmaseda, don Federico Martín de Valmaseda; de Quemada, don Cesareo Martín de Valmaseda, doña María Martín de Velmaseda, doña Cristeta Martin de Valmaseda y don Enrique Gutiérrez Salas; de Covaleda, doña Eugenia Rioja, doña Rosario Rioja, doña Manuela Santorum, doña Modesta García, doña Jerónima Martínez y doña Aurea Sanz; de Regumiel, doña Petra de Diego, doña María Martín, doña Saturnina Chicote y doña Juliana Lázaro; de Valderrodilla, don Dionisio Gil, doña María Ontoria, don Aniceto García, don Juan Calvo y don Manuel Serrano; de Torregalindo, don Mariano Romero, doña Feliciana Rómero, doña María Romero, don Teodoro Pérez, doña Josefa Pérez y doña Lucía Pérez; don Aniceto Gil (difunto); doña María de la Cal (difunta); de Castrillo de la Reina, doña Gregoria López y don Cipriano Sanz; de Casanova, doña Pascuala Sanz, doña Teresa de Pedro, doña Cayetana Molinero (difunta), don Angel Sanz (difunto), don Agustín Rubio (difunto), doña Jacoba Rubio, doña María Yague, doña María Rubio, don Modesto Zayas (difunto); de Peñalba de Castro, doña Casilda Domingo, Sor Sebastiana de la Asunción, don Leandro Domingo, de id.; don Segundo Palacios, don Santos Madrid (difunto), doña Juliana Ortega (difunta), don Santiago Marina y doña Eusebia Peñalba; a 0'20: de Valderrodilla, don Norberto Maqueda, doña María Larrad, don Juan de Gracia, doña María de Mingo, doña María Manrique, y doña Isidora Manrique; de Castrillo de la Reina, don Eugenio Elvira, doña Catalina Cebrián, y don Braulio Alcalde; de Chércoles, doña Flora Gutiérrez; a 0'15 don Nicomedes Esteban Sanz, de Quiemada; don Luis García Ariza, de Chércoles; don Angel Boto, de Coscurita; don Jacinto García, de id.; don Patricio Gonzalo, de Casanova; de Peñalba de Castro, don Pedro Pérez, doña Angela Peñalba, don Pedro Marina, don Plácido Marina, don Máximo Marina, don Juan Marín, don Domingo Peñalba, don Jenaro Marina, y doña Lucía Pérez; de Regumiel, don Plácido Asenjo, doña Rosa Pa-

blo, don Doroteo Pablo, don Victor Abad, doña Antonia Pablo y don Manuel Gaspar; de Castrillo de la Reina, don Ponciano Molinero, doña Generosa Diez, doña Sinfonosa Salas, y don Guillermo de María; a 0'10: de Alcubilla de Avellaneda, don Isidro del Pozo, doña Gregoria del Pozo, doña Isabel del Pozo, don Fermín Pascual, doña Josefa Pascual, don Mariano Pascual, don Francisco Pascual, y don Cándido Pascual; de Arévalo, don Isidro Blanco, don Pablo Blanco, don Damián Blanco, doña Martina Blanco, doña Josefa Núñez, y don Benjamín Lapeña; de Almarza, doña Juana Cuellar, doña Inocencia Maestro, don Federico Marín (difunto), don Marcelino Marín, doña Luisa Benito, doña Victorina Gómez, doña Feliciana Jiménez, don Gaspar Martínez (difunto), doña Juliana Viguesa, don Timoteo García, don Julián García, doña Filomena García, don Severino García, don Pascual García, doña Bibiana Jiménez (difunta); doña Victoriana García, doña Francisca García, y doña Irene García; doña Isabel López, de Zazuar; don Manuel Arroyo, de Moradillo; don Agapito García, de id. de Casanova, don Benito Gonzalo, don Pablo Gonzalo, doña Rufa Rubio, doña Isabel Rubio, doña Juana Delgado y doña Eusebia Moreno; de Quemada, doña Juana Gorostiza Gabriel; de Chércoles, doña Anastasia Ramos Ramos, doña Isidora Peña, don Benedicto Beltrán, doña María Garcés don Amadeo Legido Moreno; doña Teófila Matamala, doña María Dolores Matamala, doña María Jesús Garcés, don Ecequiel Romero, don Gregorio Nuño, y don Miguel Nuño; de Regumiel, doña Saturnina Hernando, don Gaspar de Pedro; doña Anastasia Ibañez, doña Balbina Benito, doña Gabina de Pedro, don Teodoro Benito, doña Josefa Benito, doña Juana Ruiz, doña Andrea Gil, y doña Concepción Simón; de Moradillo de Roa, don Miguel Camarero, don Isaac López, doña Elena Arroyo, doña Marina Arroyo, doña Julita Arroyo, doña Irene Cabañas, y don Frutos Bartolomé; don Salvador Barrio, Párroco de Ucero; de id., don Manuel Barrio, doña Juana Barrio, doña Angela Barrío, doña Leona Barrio, doña María Barrio, don Agapito Pérez, don Benito Peña (difunto), doña Angela Delgado (difunta, y doña Valeriana Peña (difunta); Caleruega, Sor Maximina Peña, doña Patila Peña, doña Margarita Peña y doña Dolores Delgado; doña Teresa García, de Tovilla de Lago; don Martín Peña, de Cirujales de Cervera; don Aquilino de la

Fuente, de Moncalvillo; de Peñalba de Castro, don Claudio Peñalba, doña Iuana Barbero, don Manuel Rica, doña Gabriela Rica, doña Paula Rica, don Nicolás Rica, don Gabriel Pérez, doña Teodora Peñalba, doña Jacoba Peñalba, don Ciriaco Marina, don Pascasio Marina, don Primo Dueñas, don Primitivo Peñalba, don Lázaro Benito, y doña Justa Pascual; de Casanova, doña Josefa Miguel, don Angel Delgado, doña Sabina Delgado, don Victoriano Rubio, y doña Leocadia Gonzalo; de Coscurita, don Doroteo Gonzalo, doña Angela Zayas (difunta), doña Petra Cabeza, don Marcos Zayas, don Domingo Martínez, don Eugenio Andrés, doña Rosa Martínez, don Blas García, don Romualdo García, doña Saturia García, don Francisco de Blas, doña Jacoba Langa, don Hilario Ortiz (difunto), don Bruno Ortiz, doña Máxima García, doña Engracia García, y doña Demetria Pirón; de Cidores, don Nicomedes Lucas y doña Nemesia Moñux; de Almarza, doña Milagros de Marco, doña María Araceli de Marco, don Gregorio de Marco, don Valeriano Velázquez, don Ricardo Pascual, don Rufino del Campo, don Amador Hernando, don Jesús Martínez, don Juan del Campo, don Eugenio Ruiz, don José Jiménez, don José Beltrán, don Francisco Beltrán, don Tomás Jiménez, don Andrés Matute, don Esteban Jiménez, don Dionisio Perdigero, don Manuel Espuelas, doña Inocencia Jimenez, doña Amparo Ruiz, doña Juana Duro, doña Visitación Martínez, doña Florentina Martínez, doña Mariana Pinilla, doña Antonia Pinilla, doña Paula Pinilla, y doña Hermenegilda Orte; de Castrillo de la Reina, don Juan María, don Evaristo Santa Maria, doña Ascensión Molinero, doña María Molinero, doña Amancia Molinero, doña Aurora Molinero, doña Soledad Molinero, doña Lucía Molinero, doña Mercedes Molinero, don Pedro Alcalde, don Bonifacio Moral, doña Eduviges Carretero, don Eustaquio Crespo, doña Rufina Salas, don Juan Crespo, don Celestino Crespo, don Saturnino Crespo, don Miguel Elvira, doña Cristina Tapia, doña Constancia Elvira, don Teófilo Elvira, don Cándido Moral, doña Juana Salas, y don Lucio Moral.

*Suma y sigue..... 519 27*